



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 43. Sententia Græcorum de conjugiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

syræi: *De concordia Ecclesiæ Occidentalis, Sæcul. XV.*  
*& Orientalis in septem Sacramentorum ad-A.C. 1439.*  
*ministratione, ex quo plura perspicere licet.*

### §. XLIII.

#### *Sententia Græcorum de conjugiis.*

De dissolutione Matrimonii tunc Græci nihil respondere poterant, nisi quod matrimonia absque iustis caussis non dirimant: cum tamen præcipua controversia in eo versaretur, quod Græci existimarent, licitum esse matrimoniū in caussa adulterii non modo dirimere, sed & novum contrahere: Latini vero propugnarent, conjugium quidem ob hoc crimen *quoad thorū, & cohabitationem*, ut Theologi loquuntur, non autem *quoad vinculum dissolvi posse*, ac proin nec ad alias nuptias transire permisum. Cujus doctrinæ veritatem idem Arcudius ex ipsis antiquorum tum Græcorum, tum Latinorum Patrum auctoritatibus invicte demonstrat. Insuper apud *Taper to. 2.* Ruardum Taperum insignem Lovaniensem Theologum legimus, Græcos sacræ paginæ testimoniis ad id demum fuisse in Synodo compulsos, ut Confirmationem vere esse Sacramentum agnoscerent, quod eos antea negasse idem afferit. Verum, hac de re nulla omnino mentio in *Actis Synodalibus* occurrit.

Post-

*art. 12, de  
Confirm.*

Sæcul. XV.  
A.C. 1439.

Posthæc Pontifex postulabat, ut ~~Mas~~  
cus Ephesinus ad allegandas suæ a Co-  
cilio separationis cauſtas adigeretur, ejus-  
que inobedientia debita animadversione  
coerceretur. Præterea idem Imperator  
atque Prælatis exponebat, hanc illam  
temeritatem esse summam, quam nullum  
unquam Oecumenica Synodus tolerari  
præcipue vero Nicænum Concilium omni-  
severe castigasset, dum Eusebius Nico-  
mediensem, & Theognium Nicænum  
condemnatos, atque ab Imperatore Con-  
stantino punitos Synodus exaucto-  
rat, eoquod condemnationis sententia in  
Arium latæ cum ceteris Patribus subdi-  
bere renuissent: minus toleranda est, ha-  
junxit Papa, hujus Viri pervicacia, qui  
solus universali Synodo insultare pre-  
mit, quasi ceteris omnibus nobis sapientia  
esset, quem tamen scimus sæpe in disputa-  
nibus hæſiffe, nec valuisse respondere ad ea,  
qua Frater Joannes Dominicanorum Pro-  
vincialis ab illo quærebat. His audi-  
Græcorum Episcopi confessim inter  
congressum cogebant, & Marcum Ephes-  
inum in jus vocandum decernebant, in  
pertinaciæ suæ, qua Synodo subscribe-  
recusavit, rationem redderet, maxime  
cum ipsum Concilium omnes, qui sele-  
dem submittere recusaverint, ipso juri  
excommunicatos declarasset.

*Plus ad. a-  
pud Allat.  
lib. 3. cap. I.*

§. XLIV.